



1. Disputatio de Providentia
disput. de vera Dei in creatione.
Itemata (1) de verbo Dei (2) de Deo ipso.
Et peccato.
Et justificatione et bonis operibus.
Et communicatione idem natura.
De claribus regni coelorum.
De preciosis capitibz doctrina et angelica.
Apologia vera doctrina de definitione et angelicis.
De persona Christi, de unione spiritus in Christo, de unione
spiritum communione naturae: Veray presentia corporis et
sanguinis Christi in ecclesia.
II. De peccato origine.
III. De Exorcismo.
IV. De superna doctrina Ecclesiastica.
V. De duabus naturis in Christo.
VI. De ecclesia Domini.
VII. De visitatione ecclesiastica.
VIII. De oratione.
I. Ioh. 3. And Jesus said unto him, Truly, truly, I say unto you, That he which believeth on me, receiveth life everlasting etc.
II. Ioh. 27. Verily I say unto you, What soever ye shall ask in my name, that will I do unto you etc.
III. Joh. 3. And Jesus said unto him, Truly, truly, I say unto you, Except a man be born again of water and of the Spirit, he can not enter into the kingdom of God.
IV. Ioh. 14. Verily I say unto you, That he which hath seen me, hath seen the Father also; because I and the Father are one.
V. Ioh. 14. Verily I say unto you, That if ye shall ask anything in my name, I will do it.
VI. Corint. 11. And the Spirit saith unto me, Write unto her, Awake thou that sleepest, and arise from the dead, and Christ shall give thee light.
VII. Corint. 11. And I say unto you, Awake, O sleeper, arise from the dead, and Christ shall give thee light.

7. Vier Predichen vor Kres Christnach. 1. Cor. v. 11.
Iff das ist der Fron am späten wird Iff das noch febo.
8. vier eine vor Kres Christnach. 1. Cor. v. 11.
9. 1. Cor. v. 10. der verognote Kofel, welch ein
Frogen ist der nicht wie gewon pflegt. etc.
10. 2. ad. Es war ein Mann als manche ein gret do.
mell und lud viel drayn etc.
11. Matt. v. 2. Vor der Versteigung Christi in Gethse.
M. 40. Es sprach eine Stimme Prediche.
12. 1. Petri. 1. Off. 400 alied vorgebeter, nicht von
Vorhang hinaus v. Spuren und in Vorhang hinaus. V. 400 etc.
13. Gen. 37. Macht Jacob hat sich einen Kleider etc.
14. Ecc. 7. 56 ist das vor in d' Alayfane wifiz.
15. 2. Cor. v. 4. ein Lebew aber solches pflegt
in jüngstes zufinden.
16. Phil. 1. Ich will einff, solches Iff er mögen sol.
17. Job. 19. Ich will also mein vorherre sol.
18. Ps. v. 7. Ich will aufhören dasz dunkel in
Draußenheit etc.

R

Volumen Dissertationum^{1.} & Concionum sub litera S

POSITIONES DE PROVIDENTIA, ET PRAEDESTINATIONE DEI, DE QVIBVS DISPVTABITVR, DIE XII. NOVEMBRIS, IN COLLEGII AVDITORIO MAIORI, HO- RA SEPTIMA.

NICOLAVS SEL-
NECCERV^{S.}

EX OFFICINA THO-
MAE REBARTI.

ANNO M. D. LXV.



Bibliotheque
Theol. Vol. 115.

~~G. H. G.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

W-63. —
VITEBERG.

SIGNAT. ~~clcccccxi~~.

*СИМАНОВСКИ
ИЗБРАНИЕ*

XXI. С МОИМ

POSITIONES DE PROVI-
DENTIA, ET PRÆDESTINATIONE
DEI, DE QVIBVS DISPUTABITVR,
die XII. Nouembris, in cohe-
rio maiori, hora septima.

I.

PRouidentia Dei est actio uoluntatis diuinæ, qua **DEVS** non tantum omnia præterita & futura videt & agnoscit: uerum etiam res à se conditas, & ordinem à se institutum sustentat, gubernat, & moderatur, & suo operi impertit lucem, motum & uitam.

II.

Etsi autem multi furenter negant esse prouidentiam, tamen contra hoc delirium Epicureorum **DEVS** & scripture, & naturæ testimonijs illustribus nos confirmat, & conui*n*i*s*, fateamur, esse prouidentiam.

III.

Manifesta & certissima testimonia prouidentiae sunt, uniuersum theatrum totius rerum naturæ, ipsa figura mundi, cælum, lumina, ordo motuum, uices temporum, terræ situs & fæcunditas, omnes res terra nascentes, uarietas & perpetuitas specierum, propagatio, & modus generationis, homo ipse δικησόντως, & ipsæ mentes hominum, & in his noticiæ de **DEO**, & de discrimine honestorum, et turpium, iudicium conscientiæ in recte & secus factis, regularis euentus, quo atrocia delicta sequuntur

traces pœnæ, Item, admiranda signa corporibus interfectorum addita, quæ monstrant autores cædis, heroici motus, quibus imperia & artes restituuntur, significations rerum futurarum, ut prædictiones de mutatione regnum, & prodigia, & alia similia multa testimonia in natura, quorum alia magis, alia minus sunt illustria.

III.

Hæc testimonia non euertit inæqualitas iudicij, quam aliqui obijciunt, quod Tyranni & alij impij sæpe uiuunt impune, & exitus habent incruentos, ut Dionysius superior, Sylla, Tyberius, & alij, sed boni & iusti sæpe misere uiuunt, & interficiuntur.

V.

Recte Isocrates inquit, Regulam non euerti paucis & raris exemplis: & propter pauca exempla non est speranda impunitas.

VI.

In Ecclesia scimus hanc ipsam dissimilitudinem testimonium esse futuri iudicij, & immortalitatis, in qua iustum discrimen restat bonorum & malorum.

VII.

Execramur igitur Epicureorum amentiam, qui DEV' M à gubernatione remouent, & causam bonorum & malorum euentuum tantum materiæ, aut voluntati hominum, fortunæ & casui asscribunt.

VIII.

Non quidem omnino ab omnibus euentibus excludimus

mus materiam & voluntatem hominum, sed constituimus
DEVM primum gubernatorem rerum, cui res humanæ
curæ sunt & qui suos exaudit & seruat, etiam cum defi-
ciunt causæ secundæ, qui etiam omnes causas secundas sub-
je habet, & vel sua voluntate moderatur, vel permissione
certa agere sinit.

IX.

Recte autem numerantur vñitate sex causæ præci-
puæ, cum de actionibus humanis, & eventibus q̄ homini-
bus accidunt, loquimur, videlicet: DEV S vel immediate
sine causis secundis, vel mediate aliquid agens: 2. Astra.
3. Temperamenta 4. voluntas hominis, mores, studia, edu-
catio & disciplina. 5. Diabolorum furor & potentia in
impellendis impijs 6. Externa violentia.

X.

Etsi autem mens humana habet argumenta certa,
probantia, DEV M adesse moderatorem, tamen diffici-
lor & languidior est assensio, quam cum conuincitur, à
DEO mundum esse conditum.

XI.

Diuinis igitur testimonij fides in animis excitanda
& confirmanda est, sine quibus assensio humana admo-
dum languida est, vt in ipso Aristotele, & in alijs vide-
mus.

XII.

Proponunt autem nobis sacræ literæ tres gradus si-
ue modos prouidentiæ & administrationis diuinæ.

XIII.

Primus gradus, docendi causa, vniuersalis prouidentia nominari potest, qua DEVS vniuersam naturam à se conditam, & inclinationem, & modum naturæ agendi in columem seruat, & sustentat, id est, ordinem motuum, vices temporum, fæcunditatem terræ & animantium, & alias res utiles & necessarias ad vitæ sustentationem & conseruationem.

XIV.

De hoc primo modo loquuntur sacræ literæ multis in locis, vt Psal. 104. qui totus est gratiarum actio pro rerum creatione & conseruatione, ex quarum perpetuitate, vt Augustinus loquitur, id est conseruatione & duratione cognoscitur aliquo modo æternitas DEI, & ex magnitudine potentia DEI, ex ordine & dispositione sapientia DEI, ex gubernatione bonitas & iusticia DEI.

Matth. 10. Duo passeres asse veneunt, & unus ex illis non cadit super terram sine patre vestro. Acto. 17. In ipso viuimus, mouemur & sumus, id est, per ipsum datur, sustentatur, & fouetur vita nostra.

Coloss. 1. Omnia per eum consistunt. 1. Timoth. 6. θεος γὰ πάντα σωποῖ Hebræ. 1. φίσα τὰ πάντα τῷ ϕύματι τὸ δωδεκάτοντά. Huc pertinent multa dicta in Psalmis passim obvia vt Psalm. 24. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo: quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Psalm. 33. Dominus

minus congregat sicut in utere aquas maris, et ponit abyssos in thesauris, siue eas occultat & abscondit.

Psalmo. 74. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricasti lumen & solem, fecisti omnes terminos terrae, & statem & hyemem tu plasmasti ea, Psal. 89 repetitur eadem sententia. Psal. 145. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno &c. Idem repetitur Psal. 147.

XV.

Secundus gradus nominari potest prouidentia specialis qua Deus non tantum omnia videt, & audit, & ubique est & naturam a se conditam sustentat & conservat, sed insuper omnia ita moderatur pro sua voluntate ut creature omnes ipsi aliquid iubenti & volenti obsequantur, & mandatum eius exequantur, & seruant Deo, & sint instrumenta vel bonitatis Dei, vel iusticie & iudicij, iuxta promissiones & comminationes in verbo diuino nobis propositas.

XVI.

Non enim ad Stoicam necessitatem nobis respicendum est, quae dupliciter errat, cum quod Deus maligat ad causas secundas, & eum non posse aliter agere fingit, quam ut illae cause carent: tum quod voluntatem hominum a Deo ad bona & mala simpliciter impelli ait, atque ita Deus malorum autorem constituit.

XVII.

A 4

Hæc

Hæc falsa opinio, cum in **D E V M** contumeliosa sit, & moribus & vitæ hominum noceat, in Ecclesia & omni cætu honestorum & bonorum hominum locum habere non debet: nec nobis ad Stoïcam necessitatem in euentibus, sed ad promissiones & comminationes **D E I** respiciendum est.

XVIII.

D E V S enim sua speciali quadam prouidentia addicit in suum obsequium creaturas, & earum ministerio utitur pro sua bona & iusta voluntate qua efficit & bona, & etiam mala pœnarum, ut pluuias, tonitrua, gelu, gradi-
nes, siccitates, inundationes aquarum, πλούς καὶ λοιποὺς bel-
lum, exilia, pacem, rerum vel copiam vel penuriam & simili-
lia in numerabilia, quibus vel suos iuuat, vel malos punit,
vel pios castigat.

XIX.

De hac creaturarum obedientia ad nutum & vo-
luntatem **D E I** loquitur Syracides cap. 39. οὐ πνεῦματα ἀερ
ἀκδίκησιν τέκνους οὐδὲ θυμῶν αὐτῶν τελέωσε μαστίχας αὐτῶν, sunt venti siue
spiritus aliqui ad pœnam destinati, et suo impetu damnum
dant & quando impendet calamitas, tum tumultuantur,
& terras turbine perflant, & iram exequuntur eius, qui
creauit eos. Ignis, grando, fames, mors, hæc omnia ad vlti-
onem creata sunt: bestiæ, scorpiones, serpentes, gladius,
sunt etiam creata ad vltionem, ad perdendos impios: qua-
si gaudentes gnauiter perficiunt mandatum eius, & prom-
pta

pta sunt, si quando **D E V S** opera eorum vti velit in ter-
ra, & cum venerit hora illa, non desinunt. Huc referan-
tur & illa dicta : *Esa. 45.* Ego sum dominus, faciens pa-
cem, & creans malum, scilicet pœnæ, id est, destruens im-
pios & puniens contumaces. Item *Amos 3.* Non est malum
in ciuitate, quod non fecerit Dominus *Soph. I.* Dominus
benè, & malè facit.

XX.

Sunt enim tenendæ appellationes in Ecclesia docendi
causa, malum culpæ, & malum pœnæ, quibus etiam Au-
gustinus vtitur, & quæ in sacris literis voce Raa expri-
muntur, quæ interdum culpam, id est ipsum peccatum, &
vicium oppositum iusticie & bono honesto, interdum pœ-
nam delinquentibus iure impositam & bono, vel utili vel
suaui, vel etiam vtrig, oppositam, significat.

XXI.

Malum culpæ omnibus modis à D E O remouemus,
qui natura bonus est, & nec vult, nec approbat, nec adiu-
uat peccatum, vt expressè scriptum est *Psal. 5.* Non D E =
V S volens iniquitatem tu es. Item qui facit peccatum, ex-
diabolo est. Item vniuersæ viæ Domini, misericordia &
veritas.

XXII.

Malum pœnæ vero est à D E O, vt thren. 3. scriptum
est: *Quis est iste qui dicit fieri ista à Domino nō iubente? ex*
ore altissimi non egrediuntur nec mala nec bona? Quid

B murmu-

murmurat homo viuens? murmuret aduersum peccata sua:
Scrutemur vias nostras, eumq; quæramus, & reuerta-
mur ad Dominum.

XXIII.

Hæc distinctio vocabulorum maxime nobis pro-
dest, ad veram sententiam retinendam, fundatam in ex-
presso verbo DEI, in quo DEVSSuam nobis voluntas-
tem, quantum nos scire oportuit, clementer & euidenter
patefecit, ne à via & vero scopo veritatis aberremus ad
scrutanda imperscrutabilia, sed ut verbum DEI retineas-
mus, tanquam lucernam pedibus nostris, & in euentibus
promissiones & comminationes diuinæ consideremus.

XXIV.

Sæpè incidimus in morbos, sæpè alia pericula subi-
mus, tempestates horrendas, tonitrua, famem, bella, sediti-
ones, exilia, & similia mala experimur: Fures strangu-
lantur, homicidæ decollantur, latrones & raptore impo-
nuntur rotis & alijs alia supplicia propter enormia scelera
sueunt: nobis hodie Turcæ sauitia metuenda est, & re-
stant certe atroces pœnæ, quæ nos, corpora nostra, bona,
facultates, familias, & sine dubio Ecclesias, & scholas a-
dorrientur.

XXV.

In his non ad necessitatem Stoïcam, aut tantum ad
causas nescio quas secundas nobis respiciendum est, sed
promissiones & comminationes diuinæ nobis consideran-
dæ sunt,

dæ sunt, quales sunt prouerb. 3. Egredias à Domino in domo impij, habitacula autem iustorum benedicentur 1. Sam.
2. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem me contemnunt, erunt ignobiles. Et Psal. 107. Stulti affliguntur propter viam flagitorum & iniquitates. Item impij & sanguinolenti non dimidiabunt dies suos, Psal 54. Oseæ. 2, Nesciuit, quod ego ei frumentum dede- rim ideo rursus auferam frumentū meum. Et prouerb. 10. Qui maledicit parentibus, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Et Leuit. 20. minatur DEV Sexterminati- onem flagitiosis de populo suo. Et pertinent buc omnium Prophetarū conciones πιπηπού quibus increpant lapsus, & πεπηπού quibus improbitatem nobis exprobrant, & πεπηπού quibus comminantur nobis, & metum injiciunt, & πεπηπού quibus desiderant in nobis officia pietatis & vocationis, & πεπηπού, quibus obijciunt nobis ingratitu- dinem & contemptum verbi diuini, & πεπηπού, quibus omnis generis peccata, mala exempla, & non tantum lap- sus externos, & improbitatem & malitiam manifestam, sed etiam interiora mala repræhendunt.

XXVI.

Quod autem multi obijciunt dissimilitudinem & inae- qualitatem iudicij, quod saepè malis bene, & bonis male est, & ita prouidentiam DEI specialem negare volunt, ad id supra paucis responsum est, & hac dere copiosius agitur, cum locus de cruce & calamitatibus explicandus est, in quo causæ nostrarum miseriarum recitantur.

B 2

Teneat

XXVII.

Teneamus autem dictum Psal. 75 Calix in manu
Domini vino rubicundo infuso plenus, & effundit ex eo,
sed impij terræ omnes bibunt & sugunt feces, id est, mag-
num est discrimin afflictionis piorum & impiorum
Piorum afflictio ex paterno amore patris cœlestis manat,
& exercet pios in bonum ipsorum, & breui tempore du-
rat: sed impiorum supplicia ex ira DEI proficiscuntur, &
non resipiscentes perdunt, & in hac vita sunt præludia æ-
ternarum pœnarum.

XXVIII.

Quod etiam aliqui querunt, cum DEV S sua prouid-
entia creaturas omnes in obsequium suum addixerit, cur
tot fiant mala in natura, & tot peccata perpetrentur, id
alio responso non indiget, nisi hoc, Ecclesiastæ cap. 12. Cum
eta quæ fiunt, adducet DEV S in iudicium pro omni er-
rato, siue bonum, siue malum sit.

XXIX.

Teneamus Augustini quoq; verba, tract. 97. in Iohan-
nem: DEV S finit tam tetra in opinionibus, cultibus &
moribus accidere, vt eius vbiq; sint tremenda iudicia, &
incomparatione impuræ nequitiæ dulcescat purissima dis-
ciplina, atq; illi det honorem, timorem autem uel pudo-
rem sibi, qui in hæc mala, vel illo regente non cecidit, vel
illo inde leuante surrexit.

XXXI.

Tertius

Tertius gradus nominari potest peculiaris prouidentia DEI, quæ est Electorum siue credentium in Filium DEI, qua videlicet DEVIS vinit & regnat in sua Ecclesia, & in eius membris uiuis, docet, solatur, confirmat, tuetur, erigit, & fouet credentes, iustificat eos per & propter Filium, reformat, regenerat, & flectit ipsorum mentes & voluntates ad sui agnitionem, & obedientiam, ut sint & maneant templa Spiritus Sancti.

XXXI.

De hoc modo prouidentiae DEI loquuntur hæc & similia dicta, Psalm. I. Nouit Dominus viam iustorum Deut. 30. Ipse est vita tua & longitudine dierum tuorum Matth. 10. Capilli vestri omnes numerati sunt. Psalm. 19. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione DEI commorabitur Rom. 8. Nulla nunc condemnatio ijs, qui sunt in Christo Ihesu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum Psal 36. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur.

XXXII.

Hi tres gradus prouidentiae diuinæ cum considerantur, simul etiam modos præsentiae DEI considerari necessæst, qui ostendunt, quomodo DEVIS rebus adsit, & omnia sustentat. Numeratur autem usitatè quatuor gradus præsentiae diuinæ.

XXXIII.

Primus gradus est actio DEI generalis, siue præsen-

tia vniuersalis, qua **DEVS** omnibus suis creaturis adest, easque liberrime conseruat tantisper, donec vel suo ordine et instituto, vel iuxta suas promissiones et comminationes vult conseruare. Et hoc pertinent dicta, *Esa.* 66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. *Ie-*
rem. 23. Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus. *Psal. 139.* Si ascendero in cœlum, tu illic es, si lectum strauero in infernum, ecce ades. Si sumpfero pennas auro-
ræ, & habitauero in extremis maris, etiam illic manus tua &c. Item versus : Enter, præsenter **DEVS** est & vbique potenter. Θεὸς πάντων καὶ καλοῖς κακοῖς.

πάντων καὶ μένος πάντων βλέπετε Θεὸν Cuncta **DEVS** replens molem se fudit in omne, præsentemque refert, vna vel herba **DEVM** Et *Lucan.* Iuppiter est, quodcumque vides, quo-
cunque moueris.

XXXIII.

Hunc primum gradum præsentiae **DEI** nominant re-
plete vbique esse, quod soli **DEO** competit, cum reliquæ
res, spirituales in loco definitiæ, corporeæ in loco circum-
scriptiæ esse dicātur. Et de hoc primo gradu teneatur præ-
clara sententia *Gregorij*: **DEVS** manet intra omnia, ipse
extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia. Superior
est per potentiam, inferior per sustentationem, exterior
per magnitudinem, interior per subtilitatem, sursum re-
gens, deorsum continens, extra circumdans, interius pe-
netrans: nunquam deest, & tamen ab iniquorum cogita-
tionibus longe est, nec tamen ibi deest, vbi longè est,
quonia

quoniam ubi non est per gratiam, adest per vindictam
vt Augustinus ad Dardanum inquit: **D E V S** sine
labore regens & continens mundum in cælo totus est,
in terra totus, & in utroq; totus, & nullo contentus
loco, sed in se ipso ubiq; totus.

XXXV.

Secundus gradus est, quo **D E V S** est in sua Ecclesie
in hac vita iuxta suam promissionem & euidentis ver-
bum, & ministerio suo adest, & in administratione &
usu sacramentorum præstò est iuxta verbum suum, & in
stitutionem suam, & per hæc media efficax est in cordi-
bus credentium, & efficit in eis motus sibi placentes, dato
Spiritu Sancto, qui per verbum mentes & corda mouet,
& templa sibi in illis constituit, vt scriptum est: venie-
mus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et sapi-
ent. 7. Thronus sapientiae anima iusti. Item ubi duo aut
tres fuerint congregati in nomine meo, ero medius eo-
rum.

XXXVI.

Adest autem **D E V S** suis creaturis, & etiam renatis
in hac vita separabiliter & inuisibiliter. Sæpè enim de-
struit naturas non placentes, vt in diluvio maximam par-
tem generis humani destruxit, & sæpè discedit ab illis, qui
contra conscientiam ruunt in scelera & errores, & volen-
tentes Spiritum Sanctum excutiunt, sicut discessit à Sau-
le, & Iuda, & etiam à Davide adultero, donec is ad **D E-**
V M conuerteretur.

XXXVII.

In huius secundi gradus explicacione, & in tota hac doctrina de prouidentia DEI quæri solet de prædestinatione, quæ est electio diuinæ voluntatis, qua Deus eligit saluandos per gratiam in Christo filio suo, eosq; ordinat & vocat voce sui Euangeli iuxta suum beneplacitum in adoptionem filiorum suorum per Christum, in quem electi credunt, & Spiritu Sancto donantur, & in sanctitate & puritate vitæ fructus fidei perferunt, & habent & retinent veram doctrinam, & verum usum sacramentorum, atq; ita in timore & vera invocatione expectant promissam salutem.

XXXVIII.

De hac æterna DEI prædestinatione quicunq; rectè indicare & pié loqui voluerint, debent considerare, & semper in conspectu habere has septem regulas.

I. Extra verbum DEI nihil decernere debemus de voluntate DEI.

II. Promissio DEI de gratia est vniuersalis ut scriptum est: Conclusit omnes sub peccatum, ut omnium misereatur Rom. II.

III. Apud DEV M non est προσωποληψία.

IV. In DEO non sunt contradictoriæ voluntates I. Timoth. 2. DEV S vult omnes saluari.

V. Gratia exuberat supra peccatum Rom. 5.

VI. Ut in Adam omnes ceciderunt, ita in Christo omnes resurgunt, & viuificantur. I. Cor. 15.

DEV S

VII. **D**EVS nullum prædestinavit ad malum culpæ,
nec ad æternum exitium, sua æterna voluntate, quia scri-
ptum est: *V*ivo ego nolo mortem peccatoris. Ezech. 33°
*E*t Oseæ. 13. Perditio tua ex te Israel, salus autem tua ex
me est.

XXIX.

Has regulas q̄ obseruat, ille in opinione Stoicas pertra-
hi nequit & non est securus nec ignavius ad gratiam DEI
apprehendendam, quæ & omnibus offertur, & à qua nemo
excluditur, nisi qui se ipsum sua malicia & incredulitate
excludit, certus est etiam, se verè à DEO prædestinatum
esse ad vitam æternam, & habet testimonia certitudinis
sita tum in uocatione, vt Paulus inquit Rom. 8. Quos ele-
git, hos & vocavit: tum in sua fid., quam Spiritus San-
ctus efficit, qui est arrha hæreditatis nostræ, Ephe. 1. tum
in sanctitate siue nouitate Vitæ, siue in bonis operibus,
quibus certam vocationem & electi nem facimus, vt Pe-
trus loquitur: tum deniq; in ysu sacramentorum, quæ sunt si-
gilla gratiæ, & testimonia prædestinationis nostræ.

XL.

Hæc doctrina aufert à nobis fiduciam nostrorum meri-
torum, & nos ad magnificiendum ministerium verbi &
sacramentorum, per quod vocamur, instigat, & ad grati-
tudinem pro immensa DEI bonitate impellit, ac in cruce
nos consolatur & erigit, & impavidos reddit, qui d'cunq;
sanè eueniat, & vel totus collabatur orbis, vt Paulus
inquit 2. Tim. 2. Fundamentum DEI stat firmum, ha-
benſ

C

bens

, ens sigillum hoc: Nouit Dominus, qui sunt sui. Et Iohannes 10. Omnes meae vocem meam audiunt, et ego noui eas, et me sequuntur, et do eis vitam æternam, et non peribunt in æternum, et nemo rapiet eas de manibus meis.

XLI.

Est autem summa huius doctrinæ: Omnes qui viuunt et moriuntur in fide in Christum saluatorem, redemptorem, mediatorem et iustificatorem, esse præuisos, electos, designatos, vocatos, iustificatos, et destinatos ad gloriam, vitam et salutem æternam, per et propter Filium, ex misericordia, misericordia, philanthropia et dilectione DEI, ut recte dicitur: DEVS dat, Christus meretur, siue impetrat. Spiritus Sanctus obsignat, et confirmat. Fides accipit. Bona opera testificantur. Econtra, omnes qui vel viuunt vel moriuntur sine fide in Filium DEI, esse reiectos, et damnatos et ex libro vitae siue catalogo iustorum deletos, non Dei culpa, qui certè nullos homines ad interitum condidit si consilium creationis et formationis consideretur, sed suamet culpa, eò quod nō crediderunt in unigenitum filium Dei, ut scriptum est: Qui non credit in Filium Dei, iam iudicatus est, et manet ira Dei super eum Ioh: 3.

XLII.

Tertius gradus præsentiae DEI est, quo DEVS adest beatis angelis et hominibus in cœlo et implet eos sua luce, iusticia et vita æterna, dans se conspicendum visibiliter et immediate, et nunquam ab eis discedens, etiam tantum societate eis adsit, qua omnia est in omnibus.

Quar-

XLIII.


Quartus gradus solius Filij DEI est assumentis hu-
manam naturam inseparabiliter & vnione personali, ita
ut omnis plenitudo diuinitatis habitet in Christo filio ho-
minis σωματικῶς Col. 2. Et Christus filius DEI & filius homi-
nis sit vna persona, sine confusione naturarum, & sine di-
uisione & naturarum & personæ, semper & ubiqꝫ. Nam
δολὸς nunquam deponit humanam naturam, quam semel
assumpsit. Et Christus ubique est, DEVS & homo est,
ubiqꝫ retenta proprietate, utriusqꝫ naturæ.

XLIV.

Cæterum finis huius doctrinæ de prouidentia DEI
est, cum vt DEO nos commendemus, ei credamus, obedi-
amus, & gratias agamus, eum timeamus, inuocemus &
celebremus: tum vt minas mundi & diaboli affernemur,
& fiducia curæ DEI pro nobis officia nostræ vocatio-
nis faciamus.

XLV.

Vsus consistit in his: Si quid boni à DEO accepi-
mus, vt eum grati celebremus: Si quid aduersi obtigit, vt
simus patientes, & examen vitæ nostræ instituamus, &
agnoscamus nostra peccata, & emendemur. Semper etiam
DEVM timeamus, & inuocemus, & petamus ab
eo nos iuuari, regi, defendi, & conseruari, & cer-
tissimus de paterna cura DEI pro no-
bis, qui promissionibus eius fi-
dem habemus.



Aug VI 63

ULB Halle
003 877 892


3



5b.



B.I.G.



Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Volumen Dissertationum & Concionum sub litera S.
POSITIONES
DE PROVIDENTIA, ET
PRAEDESTINATIONE DEI, DE
QVIBVS DISPV TABITVR, DIE XII.
NOVEMBRIS, IN COLLEGII
AVDITORIO MAIORI, HO-
RA SEPTIMA.

1
**NICOLAVS SEL-
NECCERVS.**

**EX OFFICINA THO-
MAE REBARTI.**

ANNO M. D. LXV.